

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XVI**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

## CAPUT XVI.

## DE RAJIS &amp; REVERSO

Indico Anguilliformi.

**R**aja unum aut duos fatus uno partu edunt, sed iterum ratis vicibus plures. Ova sine testa primum conspiciuntur, in superiore vulva parte; quorum alia gallinæ ovorum magnitudinem æquant, alia his minora sunt, quædam vix ciceris sunt magnitudine. Plura centenis aliquando in singulis numeravit Aldrovandus. Ex his quæ à perfectione propius absunt, in inferiorem vulvæ partem demissa, testa operantur, in qua albumen & vitellus continentur. Hanc rem cum vehementius admiraretur idem, causamque investigaret, ova gallinatum recens formata, in quibus ne vestigium quidem albuminis apparebat, coxit, & caloris vi candidum à luteo vidit scretum. Hinc esse id initio confusum, sed paulatim calore vires exercente suas, separari, & ex crassiore parte, indurata testa, circumdari agnoscitur. *Olaus in tabula Septentrionali*, paulo ultra Daniæ fines, Rajam hominem à multitudine canum defendantem, in Oceano pingit. *Reversus Indicus & anguilliformis*, pescis est ignorare figura, corpore anguillæ grandiori persimilis, habens in occipite pelle tenacissimam, in modum magnæ crumenæ. Hunc vinclum tenent in navis sponda funiculo incolæ; sed tantum demisso, quantum pescis intra aquam carinæ queat inhætere; neque enim patitur ullo pacto aëris aspectum. Viso autem aliquo pisco aut testudine, quæ ibi sunt magno scuto grandiore, pescem solvunt. Ille solutus sagittæ velocius plices aut testudines adoritur; pelleque illa crumenaria injesta, prædam raptam ita tenaciter apprehendit, ut exolvere ipsum nulla vis sufficiat, nisi extra aquæ marginem paulo glomerato funiculo extrahatur. Viso enim aëris fulgore, statim prædam deserit. Martyr Rondeletius ei Elephantis adscribit ingenium, cum & cicuretur, & loquentes intelligat.

CAPUT

DE REMO

MA

X Emoram raves ter  
moderatis demonst  
Cardinalis Turone  
nachimo itinere pe  
detata Bononiensi,  
am multi inquisiver  
res officium sumit  
quædam tatione  
in centro. Nunquam  
ad, officio quæda  
quædam natus loci  
vendi est faculus, t  
n. & morte. Quia v  
alberetur frigus; in  
principia in se haber  
quietis, facient que  
pido à Remora ful  
taria gubernaculum  
non solum ex omni  
aristoteles l. 1. His  
se erumpere, sed ave  
fures, Ovidius testa  
re straxio, ibidem  
obus cibis refertur p  
nul, que prægrand  
que addito fale & ac  
que